



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Torneamentis. Tit. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

2 Collige ex text. clericum militantem in bello tam iusto quam iniusto incurrere irregularitatem, quando in bello aliqui sunt interfecti, vt per Specul. in tit. de dispensat. §. iuxta num. 51. Plot. de irregul. num. 20. Rota apud Farin. decif. 3. in fine part. 2. recent. Cou. in Clem. si furiosus. q. 2. §. 3. n. 2. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 104. nouiss. imp. Hentiq. in summ. l. 14. cap. 23. num. 1. & 2. Fr. Emman. in summ. part. 1. cap. 172. Bellet. disquisit. clericali. part. 1. tit. de disciplina clericali. §. 5. num. 140. cum seqq. Bonacin. de censuris. disp. 7. q. 4. puncto 4. Auil. eod. tract. part. 7. disp. 5. sect. 3. late & eleganter totam materiam declarat Illustrissimus D. Rodericus à Cunha post primam huius libri impressionem visus in comment. ad princip. 21. disp. ex num. 5. & precipue num. 11. Possunt tamen clerici in bello iusto siue offensiuo, siue defensiuo pro defensione Ecclesie, vel Reip. vel Fidei absque periculo irregularitatis hortari, consulere, & incitare milites ad pugnandum, quamuis sequantur ex vtraque parte homicidia, & mutilationes, nisi ipse occidat, vel deformet, cap. Dominus 23. quest. 1. cap. igitur, cap. omni timore, cap. hortatu 23. quest. 8. Abb. hic num. 3. Nauar. in man. cap. 27. num. 215. Rota vbi supra, Specul. in tit. de dispensat. §. 4. num. 56. Vgolin. de irregul. cap. 12. §. 2. Sayr. de censur. lib. 7. c. 19. n. 3. Soar. eod. tract. disp. 47. sect. 6. n. 8. Auila part. 7. disp. 6. dub. 2. Bonacin. d. puncto 4. num. 7. Bellet. d. §. 5. n. 141. vbi num. 142. secus dicit si bellum fuisset iniustum, quia tunc clericus fieret irregularis prestans fauorem, vel auxilium, aut consilium, dummodo inde secuta fuerit mors hostis, aut membri mutilatio etiam per alios, & citat Cou. Clem. si furiosus part. 2. §. 3. n. 2. Nau. in man. cap. 27. n. 224. quia dat operam rei illicitæ, Specul. d. §. 4. n. 55. Maiol. de irregul. lib. 5. c. 49. num. 5. Immo posse clericum in bello pugnare ob necessariam defensionem propriæ vitæ, personæ, & patriæ absque irregularitatis incurfu, resoluunt Couar. d. §. 3. num. 2. ad fin. Hentiq. d. lib. 14. c. 14. n. 1. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 108. Soar. d. sect. num. 1. & 2. vbi n. 4. loquitur de hoc text. extra quos casus si clericus prælians in bello licet iniusto aliquem mutilauerit, vel occiderit, irregularitatem incurrat secundum Cou. d. §. 3. n. 3. post princip. Hentiq. d. l. 14. c. 13. §. 3. in fine, Soar. d. sect. 6. n. 6. Et idem Bellet. vbi sup. num. 143. aduertit quod si clericus intersit in bello iniusto ad pacem componendam, seu ad confessiones audiendas, quamuis ex hoc per accidens augeatur animus militibus, non fit tamen irregularis, etiam si sequatur mors, vel mutilatio, quia dat operam rei licitæ, & citat Nauar. d. n. 124. Syluest. verbo homicidium 3. q. 6. vers. 4. Hentiq. d. lib. 14. c. 13. §. 3. Vtrum autem clerici fiant irregulares præbendo arma militibus in bello iusto? negatiue respondet Bonacin. d. puncto 4. num. 11. vbi intelligit modò non præbeant arma ad occidendum hunc, vel illum in particulari, & num. 12. tenet clericos pugnantes de licentia Summi Pont. non fieri irregulares sequuta morte.

3 Cum consultum sit in huiusmodi dubio, &c. Notatur ad hoc, quod qui dubitat de facto propter quod excommunicatio, aut irregularitas incurratur, partem tutiorem eligere tenetur, & se excommunicatum, & irregularem in dubio existimare debet, & consequenter ab hominum communione, & à celebratione abstinere, vt per Hentiq. d. lib. 14. cap. 3. §. 6. Sayr. in clauis Regia lib. 1. cap. 13. num. 23. Id enim intelligi debet de dubio practico, & tunc non est consilium, sed verè præceptum, vt docent Syluest. in summ. verbo dubium q. 2. §. 4. Nau. in cap. si quis autem, de penit. disp. 7. num. 42. quos refert & sequitur Sanch. de matr. lib. 2. disp. 41. n. 9. faciuntque citata per me ad cap. inueni, 3. num. 5. sup. de sponsal. & in terminis ad cap. ad audientiam 11. hoc tit.

SVM MARIVM.

- 1 Compendium huius text. refertur.
- 2 Irregularis est ille, qui reficiendo telum non moritur, vel signum de more ponens, prout regulam, ex qua occiditur viator.

CAP. Quidam. XXV. & fin.

Gregor. IX.

Presbyter dum dabat operam rei licitæ adhibuit diligentiam, quam debuit, si sequatur alicuius mors, non fit irregularis nec quoad officium, nec quoad beneficium, quia non tenetur providere omnes casus fortuitos, vt in cap. Ioannes. sup. eod. satis est quod tempestiue & alta voce præmonuerit circumstantes, quibus periculum imminet, quod intelligere, & fugere poterant. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. And. Anania, Hostien. Arch. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuiam. in variis lib. 5. iuris Pontif. pag. 127. Alagona in compendio iuris Canonici pag. 674. Remissive Ximen. in concord. p. 1. 2. Casal. in annot.

Ita tempestiue, & alta voce præmonitis, &c. Vnde colliges illum esse irregularem, qui reficiendo telum proicit regulam ex qua occiditur viator, nisi morietur vel signum de more posuerit, quia in opere periculoso non censetur adhibuisse sufficientem diligentiam ad præcauendam alterius mortem, secus verò dicendum quando signum de more exposuerit, in Vgolin. de irregul. c. 21. n. 5. Nauar. in man. 27. n. 235. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 6. n. 17. quos refert, & sequitur Bonacin. eod. tract. disp. 7. quest. 4. punct. 7. n. 20. Iacob de Grassis in aures discipul. 1. lib. 3. c. 66. num. 2. Nau. in man. cap. 27. n. 137. vers. vigesimo secundo, Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 3. n. 20. Farin. fragment. crimina. 2. lit. l. n. 543. Hinc etiam si quis proclamauerit aduertendo prætereuntes, vt caueant, si ex proiectione ex alto aliquis cecidit remansit, proficientis nulla est culpa, & homicidium dicitur casu fortuito sequutum, & consequenter ex omni parte imponibile, vt per Iacob. Ayret. de homicid. part. 3. num. 10. Farin. in pract. crim. p. 5. q. 126. n. 22. & 23. vbi loquuntur in mutatoris, sicut architecto ex alto proiciente ligna, lapides, tegulae, & alia similia.

De Torneamentis.

TIT. XIII.

UPER hanc rob. scripserunt Zabari. Ioan. And. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Martin. Mesnat. in epitome Decret. Dan. Venator. in analyt. methodica iuris Pontif. a pag. 604. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alexand. Cassan. & Anast. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in expetit. tit. iuris Canon. Zypæ. in analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag. 398. nouissime Ioan. Honor. lib. 5. iur. in Decretal. omnes sub hoc tit.

De materia tituli vide Emman. Sà in aphorism. verbo torneamentum. Franc. Emman. in summ. tom. 1. c. 73. Lancel. Contrad. in templo omnium iudicum lib. 1. c. 1. §. 3. vers. 13. Peretz per text. ibi in l. 1. tit. 9. 4. Ordin. SVM

S Y M M A R I V M.

- 1 Torneamenta fieri non debent, & n. 2.
- 2 Taurorum, aliarumque ferarum agitationes à quo tempore inceperint, ostenduntur.
- 4 Taurorum agitationes Bulla Pij V. prohibet in regnis Hispaniarum, quoad laicos & Fratres Milites reuocata fuit per Greg. XIII.

CAP. Felicis. I. Conc. Later.

- T**orneamenta ad ostentationem virium, & audaciae, unde mortes proveniunt, prohibentur; & si quis in his moritur, sepultura ecclesiastica carere debet, petenti tamen deroganda non est poenitentia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostienf. Anchar. Burr. Panorm. Marian. Socin. Cened. collect. 13. Viuiam. in rationali l. b. 5. inris Pontif. pag. 129. Alagona in compendio iuris Canon pag. 676. temillius Ximen in concord. p. 1. & 1. defumitur ex Concil. Lateranen. sub Alexand. III. cap. 20. refertur ab Anton. August. c. lict. 1. Decretal. lib. 5. tit. 12. cap. 1.
- 2 Collige ex text. torneamenta fieri non debere ex eo quod, ut plurimum ex illis reportantur caedes, & graua vulnera, quando magno armorum conflictu in equis exercitentur, nisi cum tali moderamine fiant, ut esset periculum, licet raro, & per accidens sequatur alicuius mors, aut vulnus, ut per Vivald. in candelab. o. aureo, part. 2. tit. de interdictis num. 112. Hentiq. in sum. lib. 7. cap. 56. §. 4. lit. R. Bannes 2. 2. quest. 40. art. 1. col. 1386. vers. circa solutionem, ubi de intellectu huius text. Cordub. in tract. cap. consient. quest. 42. plures per Cened. ad Decretal. collect. 13. num. 1. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 3. quest. 6. art. 1. vers. decimo, ubi ex Syluest. ait quoddam hastiludium, & torneamentum non sunt idem, & consequenter quod neque semper prohibitio torneamenti habet locum in hastiludio, sed solum quando inde imminet probabiliter periculum.
- 3 Similiter ex taurorum aliarumque ferarum agitationibus caedes & maxima vulnera, & membrorum mutilationes reportantur, quia non est mitum hoc euenire illis, qui ad ostentationem virium suarum, & audaciae in publicis, priuatisque spectaculis cum tauris, & aliis feris bestiis congregari non cessant, à quo autem tempore inceperint huiusmodi taurorum agitationes, tradunt Fr. Hieron. Roman. lib. 10. de reipub. gentilitia cap. 6. Orozco en el thesorero de la lengua Castellana, verbo toro animal. Unde super prohibitione agitationum taurorum, aliarumque ferarum, & annulatione votorum, & iuramentorum super eisdem pro tempore interpositorum extat Bulla Pij V. Romae publicata die 15. Novembris 1567. quam referunt Nauarr. in man. 15. num. 18. cum segg. Stephan. Quarant. in summa bullarj, verbo torneamenta.
- 4 Neque ignorandum est quoddam praedictae constitutionis poenae, & censurae in Regnis Hispaniarum quoad laicos, & fratres Milites tantum quorumcumque militiarum (quomodo sacris Ordinibus initiati non fuerint) reuocata fuerunt per Gregor. XIII. duobus adhuc conditionibus, scilicet ut agitationes taurorum festis diebus non fiant, necnon prouiso per eos ad quos spectabit, quod exinde alicuius mors quoad fieri poterit, sequi non possit, per quem in reliquis à Pio V. sancitis nihil immutatur, ut latius in quibusdam litteris ab eo editis die 25. Augusti anno Domini 1575. continetur, quarum litterarum tenorem recentent Salzed. ad Bernard. in Barbos. Collect. Tom. III.

pract. cap. 72. aliae 35. in noniss. edit. Stephan. Quaranta d. verbo torneamenta.

Insuper in eisdem Hispaniarum Regnis duntaxat, ac cum eisdem conditionibus Clemens VIII. abundantius praedictas poenas, & censuras in Pij V. constitutione contentas sustulit, & amouit, scilicet quoad omnes in ea expressos (exceptis monachis, & Fratribus Mendicantibus, ceterisque Regularibus cuiuscunque Ordinis, & instituti) illam ad terminos iuris communis reducendo, non tamen illi derogando. Monet tamen Sua Sanctitas, ac in Domino hortatur clericos seculares beneficia Ecclesiastica obtinentes, vel in sacris Ordinibus, seu in Ecclesiastica dignitate constitutos existentes ne paternae hac eius benignitate abutantur, prout plenius in suis litteris datis Romae sub die 13. Ianuarij 1596. habetur, quatum litterarum contextum referunt Quarant. ubi supra, & Franc. Emman. quest. Regular. tom. 3. quest. 68. art. 2. ubi notat aliquam non contemnenda.

De quatum constitutionum intellectu multa tradunt Nauarr. d. num. 18. cum tribus segg. Petr. Nauar. in tract. de rescriptis. lib. 2. cap. 3. numero 10. cum segg. Spin. in speculo testam. gloss. 2. princip. à mon. 27. Fr. Emman. in summa part. 2. cap. 73. Ioan. Garcia de expensis cap. 21. num. 29. Gutierrez. canon. lib. 1. cap. 7. & citati à Cened. d. collect. 13. num. 3. Azor. institut. moral. part. 3. lib. 2. cap. 15. à princip. Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha in comment. ad cap. Presbyteri 19. num. 4. dist. 34. Marian. tract. de spectaculis cap. 23. & 25. Amelcia de potest. in se ipsum lib. 2. cap. 11. Amaia l. b. 1. obseruat. in is cap. 5. à num. 69. Hieron. Roderic. in compendio quest. Regul. rescript. 134.

Ecclesiastica tamen careat sepultura, &c.] Notatur ad hoc quoddam morienti in torneamento (quod quidem de eo, qui venit causa se exercendi, non autem de stante intelligitur) licet cum vulnere lethali superuixerit, & poeniteat, atque ei Eucharistia non denegetur, ecclesiastica carebit sepultura, ut per Fr. Emman. d. art. 1. vers. decimo, ubi similiter denegandam asserit amigeris, & seruientibus in armis. Sic eodem modo morientes in duello sepultura esse priuandos definiuit Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 19. D. Martin. Carrillo en la explicacion della Bulla de los defunctos, part. 2. cap. 4. num. 55. Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 2. num. 76. vers. accedit. Non autem sunt priuandi ecclesiastica sepultura morientes in congressibus cum tauris, aliisque bestiis, quia Clemens VIII. non solum poenam excommunicationis, sed etiam alias poenas positas à Pio V. omnino sustulit, reducendo eos ad terminos iuris communis, in quo talis priuatio sepulturae non inuenitur contra taliter decedentes, ita post Fr. Emman. & Alcozer resolut Hieronymus Rodericus d. rescript. 134. num. 3.

S Y M M A R I V M.

- 1 Compendium huius text. refertur.
- 2 Ludenti apposta poena, an comprehendat etiam ludum spectantem remissine.

CAP. Ad audiendam. II. & fin.

Alexand. III.

Accedens ad locum torneamenti non animo poenandi, sed alia causa, veluti exigendi debita, si casu moritur, in loco sacro est sepeliendus. Colligunt

ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mart. Socin. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 129. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 677. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. August. coll. 2. Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. unic.

2. Non animo ludendi, sed percipiendi, &c. An poena apposta ludentibus comprehendat etiam ludum spectantes, vide Auil. ad c. 29. Prætorium, verbo ni taberos n. 2. Azueci. l. 2. n. 3. cum segg. tit. 7. lib. 8. noua recap. Ludovic. Boninling. de iustis negot. tract. de ludo cap. 3. Rebell. de obligat. iustitia. part. 2. lib. 12. quest. fin. n. 6. Farin. in praxi crimin. part. 3. quest. 109. n. 34. vbi n. 37. de participante, quos refert parens meus in annot. ad Ord. Regias Lusitan. lib. 5. tit. 82. in princip. num. 1.



De Clericis pugnantibus in duello.

TIT. XIV.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panorm. Mart. Socin. Petr. de Rauenenna in compend. iuris Canon. Martin. Mesnart. in epitome Decretal. fol. 284. verso, Daniel. Venator. in analysi methodica iuris Pontif. a pag. 641. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alexand. Cassan. & Anast. German. in paratilis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in expost. titulum iuris Canon. Zypæ. in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag. 395. omnes sub hoc tit.

De duello, illius prohibitione, & penis vide Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 19. Pium V. in sua const. incip. ea que a prædecessoribus. sub Dat. Idibus Nouemb. 1560. Greg. XIII. in sua const. incip. Ad tollendum, sub Dat. 24. Decemb. 1582. Clement. VIII. in sua const. incip. Illius vires, sub Dat. 2. Septemb. 1592. apud Lusitanos Ordin. Regiam lib. 5. tit. 43. vbi notat parens meus, Ioan. de Lign. tom. 12. tract. Doctor. fol. 281. And. Alciat. eod. tom. 12. fol. 295. Antonius Massa Galleus tom. 12. fol. 313. Jacob. de Castello, alias de Villafancta, tom. 12. fol. 284. Iul. Ferrer. tom. 12. fol. 308. Henric. Bocer. Luc. Floron. Anton. Alexand. Peregrin. in particularibus tract. de duello, Caiet. Arnil. Syluest. & alios summissas verbo duellum, Nauarr. conf. 1. & 2. de purg. vulgari, Perez per text. ibi in l. 3. gloss. 1. per totam tit. 13. lib. 8. Ordin. Azueci. l. 10. num. 18. tit. 8. lib. 8. noua recap. Mench illustr. cap. 49. num. 11. cum segg. Lancellor. Contad. in templo omnium iudicum lib. 1. c. 1. §. 3. vers. 13. & in suo tract. de duello, Bernard. & Salzed. in pract. cap. 100. alias 103. in nouiss. edit. Alciat. in lib. de singulari certamine, & in conf. de materia duelli in fine d. libri, Maior. de irregul. lib. 5. cap. 18. Petr. à Nauarr. de restit. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 280. cum segg. Mich. Salon. 2. 2. quest. 64. art. 2. controu. 3. Viuald. in candel. aureo tit. de suspens. num. 68. cum segg. Burg. de Pace in l. 1. Tauri ex num. 413. usque ad num. 421. Ioseph. Ludovic. Lucensi decisi. 11. plures refert Doctores Cened. ad Decret. collect. 117. num. 4. quibus adde ex nostris Viuian. tom. 2. commun. opinion. in fine tract. de feudis. tit. 2. n. 85. Zerol. in praxi Episcop. verbo duellum, Steph. Quarant. in summa bullar. eod. verba, Galett. in margarita casuum conscientie eod. verbo, Bobadill. in sua politica lib. 1. cap. 14. num. 41. Petr. Caball. in tract. de omni genere homicidij, num. 76. cum segg. Farin. in praxi crimin. part. 4. q. 119. num. 23. & conf. 5. lib. 1. Et ex Theologis Henriq. in sum. part. 2. lib. 13. ca. 19. num. 3. Bañes 2. 1. quest. 64. art. 7. dub. 3. Sayr. in clauis Regia lib. 7. cap. 13. à num. 12. & d.

conf. lib. 3. cap. 31. à num. 29. Soar. eod. tract. diff. 31. fol. 4. Fr. Emman. quest. regul. tom. 3. quest. 62. art. 1. vers. decimo, Paul. Comit. rescript. moral. lib. 6. quest. 13. cum segg. Azor. in summa moral. part. 3. lib. 2. cap. 5. Martin. Delli. quest. magic. lib. 4. cap. 4. sect. 2. Molin. de iust. tom. 4. tract. 3. diff. 17. Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 21. & 7. num. 75. cum segg. Bonac. de censur. diff. 2. quest. 6. puncto 2. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 2. c. 39. n. 19. cum multis segg. Bonacin. de censur. extra Bullam diff. 2. quest. 3. puncto 48. Molfes. in summa Theolog. nov. tract. 7. c. 18. n. 17. cum segg. Filliuc. tom. 1. tract. 15. n. 103. cum segg. & tom. 2. tract. 29. cap. 8.

SUMMARIVM.

- 1 Clericus iniens duellum siue obtulerit siue susceperit, deponendus est, poterit tamen Episcopus cum ea dispensare si moris, vel mutilatio membri non sit secuta.
- 2 Clerici pugnantes in duello, seu ad illud prouocantes sunt suspendendi.
- 3 Duello pugnantes quas penas hodie incurant, variis Summorum Pontificum constitutiones ostenditur.
- 4 Suspendendus attentio iure communi erat clericus propter duellum sequuta pugna.
- 5 Clericus pugnant in duello suspendendus erat.
- 6 Papa solus absolueret potest a penis incursis per pugnantes in duello.
- 7 Episcopus virtute Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 6. an possit absolueret duellantes, si delictum sit occultum, ostenditur.

CAP. PORRÒ. I. Alex. III.

Clericus si sponte alicui duellum obtulit, vel oblatum acceptauit, est deponendus, sed si non est sequuta mors, vel mutilatio, potest cum eo Episcopus, dispensare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Martian. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 131. Alagon. in compend. iuris Canonij pag. 677. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 2. c. 1. & post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. part. 26. cap. 5.

Collige ex text. clericos pugnantes in duello, seu ad illud prouocantes, esse suspendendos, ut per Bernard. in pract. cap. 103. vbi Salzed. in addit. Henric. in summa lib. 13. de excomm. cap. 39. num. 33. Soar. tom. 5. diff. 31. sect. 4. num. 48. Fr. Emman. in summa tom. 1. c. 73. in fine, Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 2. c. 39. num. 18. Bonacin. de censur. diff. 2. quest. 6. puncto 1. n. 13. Rursus in Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 19. & communicantur ipso iure, Præterea Pius IV. sua constit. incip. Ea qua. Idib. Nouemb. 1560. præter excommunicationem illos priuat eo ipso omnibus & singulis Ecclesijs, monasterijs, dignitatibus & alijs beneficijs Ecclesiasticis per eos obtentis, seu in quibus, & ad quæ eis ius competit, facitque illos inhabiles ad illa, seu alia in posterum obtinenda. Postea Greg. XIII. sua const. incip. Ad tollendum, sub Dat. die 24. Decemb. 1582. prædictum Concilij Decretum, & Dij. V. constitutionem extendit ad omnes illos, qui ex confectio statu tempore, & in loco conuento monachum commiserint, etiam si nulli paritij, sociæve ad id vocati fuerint; nec loci securitas habita, nullæve prouocatorie litteræ, aut denuntiationis chartule præcesserint.